



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Friderici Forneri Theologiæ Doctoris Canonici Ecclesiæ  
Collegiatæ diui Stephani Bambergæ, De Temvlentiæ  
Malo, Eivsqve Remediis, Variis Item Scitv Ivcvndissimis,  
nec non vtilissimis de rebus, quæ in ...**

**Förner, Friedrich**

**Ingolstadii, 1603**

Cap. XXXIV. De honestis animi relaxationibus, lætitiaque moderata.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45433**

sepè illo matrona, diu seruatum decus perdidit. Sæpè infelix virguncula, nuptiali die didicit, quod melius ignorasset.

Quare vos omnes, quos honestatis ardor inflamat hisce admoniti, leuiculam hanc & ineptissimam illecebram repudiate.

Ergone tu nobis, inquiet nonnulli, omnem saltandi licentiam eripes? Tunc toti orbi, ac genti non. Choreæ  
stræ, vñstatissimum ritum, plane exterminabis? que? vix absq;  
nam hæc audacia? quæ temeritas? Audaciam recu- peccato su-  
so: temeritatem à me procul esse volo. Id dico, quod unt.  
vel ex Iouistabulis, atque Atticus testis, S. Antoni-  
nus olim docuit, & post eum omnes summistæ. Par. 2. sua  
Vix vñquam fieri posse choreas absq; peccato graui, ni si summae ti-  
ant inter honestos & causa honestæ recreationis; ni o- tulo. 6.  
mnis occasio libidinis absit & scandali. Addo. Cum fi-  
unt à Religiosis aut clericis, ratione scandali, à grauiß-  
mo peccato lethiferoq; difficillimè excusari posse.

### CAPUT XXXIV.

#### *De honestis relaxationibus animi.*

**V**idebor nonnullis nimium Stoicus ac tetricus,  
quod omnem fermè, quæ in vñ apud Germanos est, lætitiam & hilaritatem, à conuiuiis exulare velim. Atqui verò, iniuriam facit innocuo mihi, qui cunq; hanc in me culpam iacit. Honestam omnem lætitiam admitto, probo, suadeo, Quidquid ad animorum, à grauioribus negotiis, refocillationem, ex cogitari potest, dummodo virtutem non lædat, & honestati non aduersetur, gratum est, ac ratum, & honestis id conuiuiis volumus commendatum. Nobis idē est animus, qui Diuo Ioanni Euangelistæ:  
Hominem in negotiis, perpetuò versari non posse, ita, ne Fulgos. lib.  
aliquan- 8, cap. 8.

Honestia animi laxamenta licet vjurerantur.

aliquando honestū otium, licitamq; animi relaxationē attingat Quare & ipse sēpē suis interponēs gaudia curis, cū perdice ludebat. quamobrē, cū eum iuuensis qdā derisui habendum duceret, arbitratus, parū cōuenire seni homini, qui sanctimoniorū exemplū atq; specimen esset, vt otiosus cū aue, animi laxamentū quereret. Ioannes pendēre arcū ab eius humero cōspicatus, petiit, vt arcū tendat. Quod cū egisset, sēpūlq; sagittasset; demū à Ioāne dimissus, arcum remisit; uo Ioannes remittendi causam quæsiuit; respondente iuuene: Arcui funem se detraxisse, vt cūm vti eo necesse fuerit, sagittationi inutilem nō inueniat. Et ego & cæteri, subdebat S. Apostolus, honesto interdū lūsa, lētitiaq; relaxamur, vt postea viribus cumulationib; orationi atque ieunio sufficere possumus, quod fieri non posset, si semper eodē tenore viueremus. hoc ductus exemplo, nō veto, nonnunquam cœnis atq; prandii, aliqua interseri acroamata, & oblectamenta, quæcunq; illa sint, modō ab honestate non aliena. Nam & à Pythagora olim prudenter monitum agnosco, μὴ ἐθίηπ τὴν καρδίαν, cor ne edito: nimiis te, ac perpetuis rerum curis, ne emacerato: Illud solū, te monitum cupio: caueas maximoperè, ne ad extrema deuenias, ne risu nimio diffluas, ne iocando forsan, alios offendas, ne ad scurrilitatem proprius accedas, ne alios scandalizes, aut aliud in discriben subeas. Qua de mediocritate præmonentem at-

Hamil, 38. tende, sanctum Ioannem Chrysostomum. Maxime in Matth.

nocet, quod incassum tempus consumis, & aliis scandalum offers. nam si tu excelsō quodam animi robore, nihil indē mali contraxisti; attamen, quoniam alios imbecilliores exemplo tui, scurrilitatis studiosos fecisti, quomodo non commisisti, qui caussam committendi aliis præbuisti? Subditque tandem; Agnoscamus laqueos,

et de

de ipsis procul eamus; agnoscamus præcipitia, nec  
opponquemus. hoc maximè securitatis vobis erit oc-  
casio, non tantum peccata fugere, verum & que viden-  
tur media quidem esse; ad peccata vero nos supplan-  
t; quale quod dico, ridere, exhilarari, & iocosa ver-  
ba, non manifestum quidem peccatum videtur, sed ma-  
nifestum facile crimen inducit; Nam sèpius ex risu tur-  
pia nascuntur verba; ex turpibus verbis actiones tur-  
piores. Sèpius ex verbis & risu conuitia & contume-  
lia; de conuitio & contumelia, plagæ & vulnera; De  
vulneribus & plagis, iugulationes & homicidia. Si igi-  
tur tibi benè consulturus es, non turpia tantum verba &  
facta, neque plagas, & vulnera, & homicidia tantum fit-  
ias; verum & ipsum intempestuum risum, extrauagantem  
hilaritatem, & verba scurrilia, quoniam sub/equentium  
radix talia esse solent. Quam S. Ioannis Chryso-  
stomi aureolam sententiam, qui animo benè infi-  
xam habet, liberiorem in conuiuis lætitiam, atque  
hilaritatem captando, vix unquam labetur.

## CAPUT XXXV.

Descriptio Temulentii conuiii ex Diuo Ambro-  
sio Epilogi loco adiecta.

Clophonem additus opusculo nostro de Lib. de He-  
Temulentia, filum abrumpere nolui, quin Co-  
ronidis, & superpondii loco, elegantissimam illam lia & ie-  
Diui Ambrosii Hypotyposin, qua affabre vide-  
tur luxum & Temulentiam conuiuorum nostro-  
rum depinxisse, hic, ad calcem subiecisse, &  
quasi laciniam, solidæ vesti, qua Temulentiam  
induimus, adsuisset. atque hæc eius verba sunt:  
Sedent auro succincti, & Babylonicis suffulti lumbos  
bal-